Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



118

facere sit ad custodienda diuina mandata. Subdit dicens: Funes peccatorum circumplexi sunt me. & legis tue non sum oblitus. Funes peccatorum impedimenta sunt mundanorum. siue spiritalium sicut diaboli & angelorum eius. siue carnalium in quibus filius infidelitatis diaboli operatur. Non enim hoc nomen quod dictum est peccatorum. ab eo quod sunt peccata declinatum est. sed ab eo quod sit peccatores. quod in greco eudenter apparet. Cum tamen minantur mala quibus utrum iustos ne plectere dei patiantur. quidam funes implicant. uel ut ualidas & robustas restes suas. Trahunt enim peccata sicut restes longas. & hunc sicos implicare conantur. & aliquem primum. Sed si implicant corpus. non implicant animum. ut non est iste legis dei oblitus. quia sermo dei non est alligatus. O etiam nocte mihi surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae. quia & hoc ipsum quod funes peccatorum circumplectunt iustum. iudicia sunt iustitiae dei. Propter quod dicit apostolus petrus tempus est ut iudicium incipiat a domo domini. & si primum mihi a nobis. quis finis erit eis qui non credunt domino euangelio. Et si iustus uix saluus erit. peccatorum & impius ubi parebunt. Hoc enim an de persecutionibus; quas patiebantur ecclesiae. cum funes peccatorum circumplectebantur eis. Per in media nocte quinora tribulationis intelligenda existimo. in qua dixit surgebam. qua non cum sic affugebat ut deceret. sed exercebat ut surgeret. id est ut ex ipsa tribulatione ad forti confitendum proficeret. Iam uero quia ista fiunt gratia dei per ihm xpm dnm nrm. uocem persone sue per hanc prophetiam suo corpori adiungit ipse saluator. Ad ipsum caput enim pertinet quod sequitur prune arbitrio. Particeps ego sum omnium timentium te & custodientium mandata tua. sicut est in epistola quae ad hebreos scribitur. Qui enim sanctificat & qui sanctificantur. ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare. Et paulo post. Propterea quod mihi pueri communicauerunt carni & sanguini. & ipse pari modo eorum participauit. Quod quid est aliud. quam eorum particeps factus est. Neque enim efficeretur participes diuinitatis eius. nisi ipse mortalitatis nostre particeps fieret. Nam & in euangelio quod nos diuinitatis eius participes facti sumus. ita dixit. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguinibus; neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri. sed ex deo natus sunt. Vt autem hoc fieret. quod & ipse factus est particeps mortalitatis nostre. ita ibi sequitur. Et uerbum caro factum est. & habitauit in nobis. Per hanc eius participationem nobis gratia subministratur. ut caste timeamus dominum. & custodiamus mandata eius. Unde ipse ihc loquitur in psalmo. sed quia in membris suis & unitate corporis sui tanquam in uno quodam homine diffuso toto orbe terrarum & succrescente per uoluminum seculorum. quia uno in se ipso capite nostro. Unde & hoc quod ait particeps ego sum omnium timentium te & custodientium mandata tua. Et quia propter hoc quod particeps factus est fratrum suorum. ds hominum. immortalis mortalium. ideo granum cecidit in terra. ut mortificatum fructum multum faceret. & de ipso fructu secum adunxit.